Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXXV

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

gentiles quod non amor est Cum enim mul
tiplicata fuerit iniquitas frigebit amor
Vitam autem nichil ita facit claram ut amor
Nichil enim ita conuertit gentiles ut anima
nichil scandalizat ut malicia Cum enim
uiderit auaricia utentem et rapientem
eum qui contraria iubet et hos qui eiusdem
sunt tribubus ut feris utentem eum qui iubet
in inimicis amare delirator dicit ea que dicta
sunt Cum autem uiderit trementes mortem
qualiter suscipiet eos qui de immortalitate
sermones Cum uiderit diligere principatum
et aliis seruientem passionibus firmius ipsis
suis manet dogmatibus nichil magnum
ymaginans nos enim sumus causa manendi
eos in errore nam dogmata quidem que
aput se ipsos sunt olim contempsissent set et
nostra similiter admirabentur ex uita autem
nostra prohibentur Nam per uerba quidem
persuadere facile est Multi enim aput eos hoc fe
cerunt Inquirunt autem eamque per omnia
demonstratur Ostende enim michi fidem tuam a
ut per opera tua Cum autem magis fera di
uellimus proximorum substancias iactu
ram nos uocat orbis terrarum Quare et
nos horum uindictam dabimus non pro
quibus male agimus solum set et pro qui
bus blasphematur nomen dei Usque quo
pecuniis et uoluptati et aliis sumus alli
gati passionibus Desistamus igitur de
reliquo et uirtutem capiamus omnem ut
futuris fruamur bonis hec Crisostomus Oracio

Domine ihesu christe rex celestis
glorie qui nos per nuncios tuos
scilicet sacram scripturam infirmitates periculum
uiuendi mutacionem fortune et gratuitam uo
luntatem ad nupcias tuas uocasti da nobis
caritatem uestem nupcialem ne a confessi
one peccati et laude dei obmutescamus ne a re
fectione spiritualis gaudii scilicet pace et secu
ritate separemur et da nobis uestem pi

etatis et bone operacionis ne ligatis manibus
et tenebris exteriores mittamur amen

De questione super tributo soluendo et de muliere septem uiros habente xxxv. capitulum

Tunc scilicet post predicta et ea
dem feria tercia abeuntes
pharisei ad herodianos con
silium inierunt ut ex collacione
communi melius ponderent qualiter ihesum deci
pere possent et eum quem capere non pote
rant in malo opere caperent in sermone quia
facilius capitur homo in uerbis quam in factis
Et miserunt discipulos de secta sua cum herodi
anis id est ministris herodis qui ex parte cesa
ris procurabant tributa ut discipuli caperent in ser
mone et ministri caperent eum ad puniendum
in corpore Secundum Crisostomum ne forte pharisei ex-
noti et suspecti a tribuente eum non possent quod
contra eis sibi in uerbis caueret mittunt discipu
los quasi ignotos ut facilius deciperent et deprehensi
minus erubescerent et propter hoc eos et herodia-
nistros simul mittunt ut quicquid diceret re
prehenderetur Et circumdabant eum sicut apes
mel in ore et aculeum in tergo portantes et
adulatorie commendant in eo triplicem ueritatem
dicentes Magister scimus quia uerax es quantum ad
uitam non ypocrita esse ueritas uite et uiam
dei qua itur ad deum in ueritate doces quantum ad
sanctam doctrinam esse ueritas doctrine et non
est tibi cura et timor uel fauor de aliquo quantum
ad iusticiam id est non attendis aliquem ut accipias
personam Unde exponendo subiungit non enim
respicis personas hominum set indistincte dicis
maioribus et minoribus ueritatem esse ue-
ritas iusticie Sed econtra multi moderni fa-
ciunt qui pauperes delinquentes publice argu-
unt et confundunt set diuitibus maiora pec-
cantibus nec mutum faciunt Secundum Crisostomum
Inter omnia peccata sacerdotum maximum est
personas respiciunt et non causas et ideo ius-
tos et pauperes despicientes iniquos et diui-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tes promouent et exaltant. Ut aut dicit Cris. Magistrum eum uocant et ueracem nigrum ut quasi uenerando eum deciperent et ut qui honoratus et laudatus misterium sui cordis simplr eis aperiret. tamquam uolens eos habere discipulos. Hec est enim ypocritarum prima simulatio laudatio. laudant enim quos perdere uolunt ut per delectatoem laudis paulatim corda hominum ad simplicitate benigne confessionis inclinent hec Cris. Ysaias similes sunt qui hominibus in presencia adulantur et in absencia detrahunt. Quibus plenus est mundus hijs et illis pestiferis hominibus a quibus suos deus custodiat. Unde secundum aug. duo sunt genera persequencium scilicet vituperancium et aduersancium et plus persequitur lingua adulatoris quam manus interfectoris. Et mollitis uerbis eum interrogare uolentes subiungunt. Dic ergo nobis quod tibi uidetur quia certi sumus quod non dimittis propter maiestatem cesaris uel timorem aut fauorem cuiuscumque hominis quin ueritatem dicas et iuste quod uerum est diffinias. Et interrogant eum dicentes licet censum dare cesari an non. Hanc questionem aput iudeos ortam ypocrite maliciose proposuerunt ut si tributum negaret et diceret non esse licitum caderet in manum presidis et statim caperetur tamquam contrarius imperatori si aut tributum concederet et diceret esse licitum caderet in manum populi tamquam contrarius libertati et dei non honori et sic totum eorum artificium erat undique habens periculum. Dicebant enim quidam quia romani pro re publica militabant et eos in securitate et quiete tenerent quod licebat dari tributum sed e contra pharisei asserebant quod qui seruiebant summo deo et sibi oblationes et decimas reddebant nulli hominum tributa soluere debebant. Sed sapiencie fons dolos eorum fugit sic enim respondit ut deo et cesari sua iura seruaret. Unde cognita et deprehensa nequicia et dolositate eorum nichil enim latet deum qui scrutatur renes et corda laudes ipsorum respuit et dure increpat eos dicens Quid me temptatis ypocrite quasi diceret non queritis ueritatem adiscere sed me uerbis capere et propter hoc ypocritas eos uocat quia aliud pretendebant. Secundum Cris. unde non secundum uerba eorum blande sed secundum consciencias eorum aspere docens nos dure refellere adulantes. Et secundum eundem pharisei blandiebantur ut perderent ihesus aut confundebat ut saluaret quia utilior est deus homini iratus quam homo propicius. Et subiungit in hoc aut quod xpc laudens respuit dat intelligere quod nullus debet uelle laudari et in hoc quod adulatores suos dure reprehendit docemur ut adulaciones uitemus. Ostendite michi numisma census id est denarium qui pro censu datur annuo et erat de argento uocabatur quod denarius quia ualebat decem nummos usuales et habebit ymaginem cesaris et nomen eius proprie tamen numisma est ipa inscripcio ymaginis et nummus est cui inscribitur. Et illis offerentibus ei denarium censualem ait Cuius est hec ymago quantum ad figuram et suprascripcio quantum ad scripturam. Non de ignorancia interrogant sed ut conpetenter ad eorum uerba respondeat. Voluit dominus uidere materiam questionis ut nos tacite informaret ne simus precipites in sententiando sed mature inquiramus et prius examinemus antequam diffiniamus. Dicunt ei cesaris scilicet tiberii priuigni augusti cesaris sub quo augusto passus est dns. Tunc ex premissis inferendo questionis decisionem ait illis Reddite ergo que sunt cesaris cesari scilicet tributum et pecuniam per quam confitemini uos illi subiectos. Ubi secundum Cris. illa dicit solum que non nocent pietati quia si aliquid tale est non cesaris sed dyaboli est uectigal et que sunt dei deo scilicet sinceros decimas primicias oblaciones et hostias. Sicut et ipse reddidit tributum pro se et petro et deo reddidit que dei sunt patris faciens uoluntatem. Vel debemus

reddere mundo ſuos honores eos deſpi-
ciendo ſuas delitias eas abhorrendo et ſuas
diuitias eas contēpnendo. deo autē decimas
primitias et oblaciones Vel ſcdm ambroſium
ſicut ceſar exigit impreſſionē ſue ymaginis
ſic et deus aīaz lumine vultus ſui inſignitam
ſicut et denarius ymagine regis ſic ſignatur
homo ad ymaginem et ſimilitudinem dei
quaz peccando corrumpit Et iterum Cum
alia ſit ymago dei alia mūdi ſi non vis eē
obnoxius ceſari noli habere que ſunt mūdi
Cuius terreno regi nichil debere omnia reli-
quere et xpm ſequere Et hii ptr⁹ que
ceſaris ſunt reddenda decernit nec enim
pt eſſe quis diſcipulus domini niſi prius re-
nunciauerit mundo Sed omnes renunciam⁹
uerbis non renunciamus affcū Naz cum ſa-
cramenta ſuſcipimus renunciamus Quiz gu-
a ſunt vincula pmittere deo et non ſoluē
Maior eſt contractus fidei quā pecunie reddē
pmiſſum. dum in hoc corpore es prius quā ue-
niat exactor et mittat te in carcerem vnde
etc Ierō. Nummum habentem ceſaris ymaginem
reddite ceſari ceſari vosmetipſos libenter
deo Signatum eſt enim ſup nos lumen
vultus dei non ceſaris hec Ierō. Relictis
ergo que mundi ſunt corporis animam
intellcm̄ voluntatem racioz et omnia q
in nobis ſunt deo a quo accepim⁹ nō dico
debemus ſz tamq̄ debitum reddamus ut nō
compati beſtiis ſz racionabilit in omnibus
reddamus quia ſcdm hilariū cōdignum eſt ut
ei nos totos reddamus cui debere nos reco-
limus et originem et pfectum Non ē itaqz
incōueniens nec contradictio q homo ſit
ſubditus homini in tpalibus et deo īme-
diate in ſpualibus utriqz enim bene ſe co-
paciatur nec alterū alteri pudicat Sz mag⁹
felix eſt et beatus quia tpalibus et a p-
niciosa ſeruitute eorum eſt erutus et
ſoli deo ſz. ſolum ſubiectus quia hic maxime
eſt liber et princeps et regibus ſublimior

et nec diuitiarum timet tyrannidem nec
principatus timorem Conſiſtere autē deo
debemus reddere triplex tributum ſiue ra-
cionem quaz poſtulat ſz. de corde perfectaz
dilectioz de ore feruentem et frequ graciarū
actioz de corpore uoluntariaz viciorum morti-
ficacioz In pmiſſis etiaz tria inſuper notantur
primo queritur oſtenſio denarij ſecundo interro-
gatur ſupſcriptio oblati tercio ſequitur diffi-
nicio cui debeat reddi In denario ſunt tria
materia pondus et ſupſcriptio cum ymagine
Materia eſt operacio bona uel mala argentea
uel ſtannea. pondus eſt intencio recta uel
praua ymago attenditur in affcū interiori
et ſupſcriptio in effcū exteriori ymago enim
dyaboli eſt culpa ymago dei gracia ſuper-
ſcriptio eſt exterior conuerſacio uel humilis ad
imitacioz xpi uel ſuperbia ad imitacionem
dyaboli Huius denarij oſtenſio fit in morte
O quā metuenda queſtio oſtendite michi nu-
miſma cenſus hominem ſz in terrorem
ſacco carnis uelatum exteriori ſimulatione
obumbratum diu ad primaz expectatum
felix qui poterit dicere conſcidiſti ſaccum meū
et circumdediſti me leticia Sz interrogacio
fiet de ymagine in iudicio O quā horrenda
interrogacio primo increpacio malorum
cuius eſt ymago hec eſt ſupſcriptio Quilibz
portat ymaginem eius cuius habz opera
ſz uel dei uel imperatoris mundi et dyaboli
Sz diffinicio fiet in retribucione reddite ergo
que ſunt ceſaris ceſari que ſunt dei deo quia
ibunt hii in ſupplicium hii in gaudium Et
qui miſſi fuerant a phariſeis audientes
ſapientiſſimaz reſponſionem domini mira-
ti ſunt quia calliditate et inſidiis pualē
non potuerunt et relicto eo ſicut confuſi
abierunt Unde Ierō. Cum ad tantaz credere
ſapiaz debuerant mirati ſunt quod calliditas
eorum inſidiandi locum non inueniſſet
et relicto eo abierunt infidelitatē pariter
cum miraculo reportantes Deinde cum

abyſſent pharisei acceſſerunt ad eum ſadu-
cei ut quia voce eum ſuperare non poterant
ſaltem per ipſam frequentiam ſenſum eius ſub-
verterent et tedio eum ſuperarent Tres ſec-
te erant inter iudeos ab aliis differentes ſcilicet
pharisei qui erant ab aliis diviſi quantum ad
habitum et traditiones qui traditionibus
moyſi traditiones ſuas preferebant et ſecundum
legem vocabant unde et pharisei i. diviſi
a phares quod eſt diviſio dicebantur Alii
erant ſaducei qui ab aliis differebant
quantum ad doctrinam ipſi enim reſurrectionem ne-
gabant animam mortalem eſſe cum cor-
pore interimere dicebant ac nec angelum
nec ſpiritum eſſe credebant ſed libros moyſi
tantum recipiebant Alii erant eſſei qui ab aliis
differebant in vita in modo vivendi quia
fere monaſticam vitam ducebant coniugia
vitabant omnia in communi habebant De dua-
bus autem primis ſectis hic dicitur Saducei ergo
accedentes ad ihesum fabulam quandam fictam
de muliere que ſeptem viros habuerat ei
proponebant querentes cuius eſſet in re-
ſurrectione per quam oſtendere volebant reſur-
rectionem non eſſe Putabant enim quod ſi futura
eſſet reſurrectio tunc celebrande eſſent nup-
tie ſicut modo et quia inconveniens videtur
quod detur omnibus ſeptem ſimul quia uni muli-
eri nunquam licuit plures viros habere ſed bene
econverſo propter fecunditatem vel quod detur a-
licui eorum de ratione quia qua ratione eſſet
unius eadem ratione eſſet et alterius inten-
debant reſurrectionem nullam eſſe ¶ Cuius
queſtionem eis ſolvendo evacuat dominus eorum
opinionem et oſtendit errorem dicens Erra-
tis in hoc ſcilicet reſurrectionem negantes neſcientes
ſcripturas que reſurrectionem aſſerunt ac mo-
dum reſurrectionis inſtruunt et oſtendunt
Unde etiam ſequitur quod neſciant virtutem dei
que poterit corpora ſuſcitare et poſt vivi-
ficare quia potuit omnia de nichilo facere
Errabant ergo quia et ſcripturis contra-
dicebant et virtuti dei derogabant Erran-
tes etiam putantes ibi celebrandas eſſe nup-
tias In reſurrectione enim generali nec nu-
bent ſcilicet viri i. non accipient uxores nec
nubentur ſcilicet mulieres i. non accipientur
a viris Ut dicit Iero. latina conſuetudo
hic greco ydiomate non reſpondet nubere
enim proprie dicuntur mulieres i. viri uxores
ducere ſed hic ſimpliciter intelligamus quod
nubere de viris et nubi de mulieribus
dictum ſit Non enim erit ibi carnalis ſed ſpiritua-
lis converſatio et hec eſt quod ſubditur
ſed ſunt ſicut angeli dei in celo non in natura
angeli in proprietate ſpiritualitatis et inmortalita-
tis incorruptibiles ſed ingenerabiles non
quod ſint ſpiritus ſed ſpirituales ac vitam et con-
verſationem ſpiritualem habentes et ſine
labe corruptionis viſione et fruitione
dei viventes Ceſſante enim cauſa ceſſat ef-
fectus Nuptie autem ordinate ſunt ad procre-
ationem filiorum educandorum ad cultum dei
quouſque numerus predeſtinatorum ſit completus
qui completus erit in reſurrectione et prop-
ter hoc tunc erunt ſicut angeli ſemper contempla-
vacantes et hoc eſt quod debet corda movere
ad devotionem videlicet converſatio illius beate
vite quam poſt modicum expectamus //
¶ Secundum bedam iuſtitie per ſeptem
viros reproborum univerſitas deſignatur
quorum uxor eſt mundana converſatio
qui diſcedunt ſine liberis quia tota hac
vita que ſeptem diebus agitur ſteriles ſunt
a bonis operibus quibus morte iuſſa pre-
ceptis Ad ultimum et ipſa mundana converſatio
quam illi ſine vitali opere tranſegerunt
quaſi uxor infecunda tranſibit Poteſt etiam
nomine huius mulieris intelligi eccleſia
que viris deſponſatur quando prelato committitur
ſeptenarius virorum non generantium
ex ea filios ſignificat univerſitatem
malorum prelatorum vel clericorum ſecundum
differentias ſeptem ordinum eccleſiaſticorum

ostiariorum Secundus lectorum Tertius exorcistarum Quartus acolitorum Quintus subdiaconorum Sextus leuitarum Septimus sacerdotum. Hii filios non generant quia in ecclesia fructum non querunt et ideo decimum eos occidet. ¶ Consimiliter est ista moralis loquendo potest dici peccatrix anima septem capitalium uiciorum uniuersitati desponsata. Resurrectio autem spiritualis est a morte culpe ad uitam gratie que est arra glorie et ideo qui habet resurrectio firmata est per propositum cauendi recidiuum firmatum professione religionis et etiam obseruatum tunc est similitudo ad angelicam uitam quia per castitatem terre conformitas angelice puritati angeli enim similiter nichil possident in hoc mundo et obediunt continue ipsi deo. Tales ergo sunt desides qui ex suis operibus bonis non relinquunt semen et aliquid memoria dignum et adhuc peiores sunt qui memoriam sui de malis suis operibus reliquerunt. ¶ Postquam autem dominus respondit ad eorum interrogacionem et ipsorum confutauit errorem statim subdit de resurrectione confirmando ueritatem resurrectionis autem scripture. Probaturus uero resurrectionem corporum inducit auctoritatem de exodo sumptam et probat per beatitatem animarum quam illi negabant qua probata consequenter probat resurrectionem corporum que cum animabus bona uel mala gesserunt. Dicitur enim in exodo a deo Ego sum deus abraham et deus ysaac et deus iacob. Quando hoc deus dicebat iam illi mortui erant. Deus autem non est mortuorum id est omnino non existencium sed uiuencium et existencium ergo ipsi uiuunt et existunt. Racio talis est. Deus non dicitur dominus rerum non existencium uel eorum que sunt nichil quia creature ad deum est talis relacio que non potest fundari in nichilo sed deus dicitur abraham et deus ysaac et deus iacob qui mortui sunt ergo ipsi existunt non

enim diceret ego fui sed ego sum tamquam illi patres existant sed non corpore quod anima et ideo anima non moritur cum corpore sed est eterna. Et per hoc probat resurrectionem corporum ex ueritate iusticie. Nam cum dicat se deum abraham et aliorum qui fuerunt et in corporibus suis iustum est ut remunerentur cum corporibus ipsis in quibus meruerunt et uniuersaliter omnium corpora et anime bona uel mala simul recipiant que simul meruerunt. Quia enim homo meruit uel demeruit anima simul et corpore ideo in futuro punietur uel remunerabitur simul utrumque. Hoc autem non potest fieri nisi fiat resurrectio corporum. Et ideo constat futuram esse resurrectionem corporum. Hic ergo probat dominus expresse sed quod anime semper uiuant nec cum corporibus moriantur alterum per consequens scilicet quod corpora resurgant. Item propter naturalem appetitum et inclinacionem animarum ad corpora sua quia naturale est animabus desiderare sua corpora ut cum ipsis glorificentur cum quibus meruerunt et ideo ne a suo desiderio fraudentur necesse est ut eis sua corpora reddantur quia anima non potest esse perfecte quietata nec beata nisi uniatur cum corpore ad cuius unionem habet inclinacionem et ita corpora resurgent ubi supra. Cum autem dicit deus abraham deus ysaac et deus iacob ter deum nominando trinitatem intimauit. Cum autem dicit non est deus mortuorum unum deum iterans unicam substanciam significauit. ¶ Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius unde Remigius Non quidem saducei sed turbe mirabantur hoc etiam cottidie agitur in ecclesia. Cum enim diuina inspiracione aduersarii ecclesie superantur turbe fidelium letantur. Oracio

Domine ihesu christe doce me astucias seductorum intelligere et cauere nec non ueritatem uite et doctrine et iusticie semper custodire da michi in signum tua imagine non inimici per ea que mundi sunt relinquendo

et tibi soli adherendo reddar tibi ea que de tua gratia a te percepi in ipsis tibi fideliter serviendo. Ora etiam michi ut carnalem et mundanam conversationem que sterilis est fugere ac spiritualem et celestem sectari valeam ut gloria resurrectionis innovatus cum angelis dei in celo immortalitate frui merear et specie tui visione amen. De p° et mag° ac h oz sili legis mandato

Pharisei vero audientes et gaudentes quod sapienti responso silentium imposuisset saduceis non habentibus quid amplius dicerent contra responsionem eius convenerunt in unum ad ipsum alio modo invadendum et venerunt magna multitudine ad magis eum terrendum unde Criso. Convenerunt in multitudine ut vincerent quem ratione superare non poterant. Qui veritate nudos se esse professi sunt qui multitudine se armaverunt hec Criso. Recedentibus phariseis venerunt saducei et iterum recedentibus saduceis venerunt pharisei temptantes eum frequenti congressu fatigare et sub et subvertere licet enim contrarii essent in opinione de anime immortalitate et mortuorum ratione tamen conveniebant in Christi persecutione unde Jeronimus. Sicut de herode et pontio pilato legimus in dominice nece eos fecisse concordiam hoc etiam nunc de phariseis cernimus ad saduceis qui inter se contrarii sunt sed ad temptandum ihesum pari mente consentiunt. Et unus ex eis scriba et legis doctor accessit et temptans ihesum in sermone capere dixit Magister quod est mandatum magnum in lege id est precipuum. Interrogavit temptans non scire desiderans non ut disceret sed ut deciperet unde Criso. Magistrum vocat cuius non vult esse discipulus de mandato magno interrogat qui nec minimum observat. Ille enim debet interrogare de maiore iustitia qui iam minorem complevit hec Crisostomus. De hoc autem interrogavit quia circa hoc tunc erant opiniones quedam. Quidam enim dicebant sacrificia et oblationes magis placere deo quam opera caritatis alii dicebant contrarium quod magis est verum.

Et ait illi ihesus diliges dominum deum tuum ut dicit Criso. non dicit time sed dilige. Inquit est servorum diligere filiorum. Non dicit etiam cognosce sed dilige. cognoscere namque deum proprium est humane nature diligere autem religiosi cordis et cetera. Diliges namque dominum deum tuum ex toto corde tuo id est ex toto intellectu sine errore ut nullum in confessione divinitatis locum errori relinquas et in tota anima tua id est tota voluntate sine contrarietate et contradictione ut nichil contrarium ei velis et in tota mente tua id est tota memoria sine oblivione nichil reminiscens quominus de deo sentias et ex tota virtute seu fortitudine tua ut vires tue et totum posse sibi serviant et ad ipsum expandantur. Unde aug. Deum ex toto corde diligere precipis ut omnes cogitationes tuas ex tota anima ut omnem vitam tuam ex tota mente tua ut omnem intellectum tuum in illum conferas a quo habes ea que confers. Nullam ergo vite nostre partem reliquit que vacare debeat et quasi locum dare ut alia re velit frui sed quicquid aliud diligendum venerit in animum illuc rapiatur quo totus dilectionis impetus currit. Tunc est enim optimus homo cum tota vita sua pergit incommutabile bonum. Unde et Criso. Quid est diligere deum ex toto corde ut cor tuum non sit inclinatum ad ullius rei dilectionem amplius quam dei. Pro quanta enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem pro tanta minus est ad deum. Quid est in tota anima diligere deum id est certissimum animum habere in veritate et firmum esse in fide. Qui enim credit apud deum esse omne bonum et nichil bonum esse extra ipsum hic ex tota anima diligit deum. Quid est in tota